FLORA.

62. Jahrgang.

No. 11. **Regensburg, 11. April** **1879.**

Inhalt. J. Müller: Lichenologische Beiträge. — E. Hackel: Agrostologische Mittheilungen. — Die Objektivsysteme für homogene Immersion von Carl Zeiss.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

VIII.

(Fortsetzung von Flora 1878 p. 492.)

92. *Leptogium Puiggarii* Müll. Arg. Simile omnino *L. tremelloidi* Fr. gracili, sed differt thallo subtus anguste cyphelloideo-urceolato-impresso, in fundo cavitatum nigrescente, apotheciis copiosis multo minoribus (ut in *Synechoblasto nigrescente)*, non ultra $^3/_4$ mm. latis, saepius minoribus, fere ab origine planis, margine sublivido (integro v. subintegro), et sporis demum minoribus, 18 μ longis, 6—8 μ latis, 4-locularibus, loculo uno alterove mediorum longitrorsum diviso. — Species elegantula, quoad colorem quasi medium tenens inter *L. tremelloides* et *L. azureum.* Thallus superficie ut in *L. tremelloide.* Gonidia breviuscule moniliformiter concatenata, cortex ut in specie comparata „cellulosus." Apotheciorum minutie et margine multo tenuiore vix nisi in valde juvenilibus prominente et cum thallo concolore statim discernitur. — Juxta *L. punctulatum* Nyl. (in Fourn. Miss. scientif. au Mexique p. 1) inserendum est. — In Brasiliae meridionalis regione montana ad Apiahy legit cl. et egreg. J. J. Puiggari qui sub n. 145 mecum communicavit.

urn:nbn:de:bvb:355-ubr03645-0163-9

93. *Synechoblastus implicatus* Müll. Arg. — *Collema implicatum* Nyl. Prodr. Nov. Gran. 2 (8°) p. 2. — Eodem loco ab eodem lectus.

94. *Stereocaulon microcarpum* Müll. Arg. Podetia $1^1/_2$—3 cm. alta, stricta, superne breviter ramosa, tota longitudine rigide corticata, tomento destituta, cortex hinc inde undulato-rimulosus, phyllocladia undique nulla v. supra imam basin tantum pauca, simplicia v. dichotoma, cephalodia concoloria, plicato-rugosa, apothecia parva, hypothecium pallidum, sporae circ. 50 μ longae et 4 μ latae, 4-loculares. — Magnitudine cum *St. ramuloso* v. *minore* Nyl. subquadrans, ex podetiis strictis oligocladis tamen potius *Pilophorum robustum* Th. Fries Monogr. Stereoc. & Piloph. 4° t. 10. Fig. 3 simulat sed longe gracilior. Systema gonimiale sirosiphoideum visum. Habitu a proximo *St. ramuloso* valde differt, quocum caeterum multis convenit. — Ad saxa prope Apiahy in Brasiliae prov. S. Paul: Puiggari n. 151.

95. *Cladonia aggregata* Eschw. v. *straminea* Müll. Arg. Thallus nonnisi parte infima v. subbasilari podetiorum castaneo-rufescens, caeterum undique albido-stramineus (leptocladus, valde ramosus et crebre perforatus). — Habitat prope Greymouth Novae Zelandiae, unde mecum commun. cl. Dr. Ferd. v. Müller.

96. *Usnea straminea* Müll. Arg. Thallus erectiusculus v. demum valde elongatus et pendulus, albido-stramineus, rami primarii demum incrassati et articulati, teretes, laeves v. sublaeves, densiuscule subhorizontaliter fibrilloso-ramulosi, ramuli plus minusve pulveraceo-scabridi; apothecia parva, ciliata. — Colore stramineo, ramificatione et superficie *U. longissimae*, et ramis crassioribus articulatis facile recognoscenda forteque late distributa at nulli descriptarum conveniens. Apothecia in specimine Mauritiano visa non bene evoluta, parva, margine ciliis pro parte ramuliformibus (ut in *U. cladocarpa* Fée Ess. t. 3. Fig. 5) subhorizontaliter ramilligeris et simplicibus ornata sunt. Thallus 10—50 cm. longus, rami majores $1^1/_2$—3 mm. crassi. — Habitat ad arbores prope Nelson Novae Zelandiae (a cl. Dr. Ferd. v. Müller missa) et in insula Mauritii (cl. Robillard), ubi cum *U. trichodea* commixtim viget.

97. *Ramalina tenella* Müll. Arg. Thallus stramineus v. stramineo-albidus, 2—$2^1/_2$ cm. altus, dense subintricatim ramosus, laciniae compressae, haud canaliculatae, laeves v. subtilissime striolatae, parce foraminuloso-pertusae, pluries dichotome divisae, firmae, madefactae subpellucidae, inferne $^2/_3$—1 mm. latae v. ad ramificationes

urn:nbn:de:bvb:355-ubr03645-0164-4

nonnihil latiores, rami tenuiores, ultimi saepe confertim breviramulosi et ex albido subcaesio-sorediellí. Apothecia ignota. Gonidia diametro 6—8 μ aequantia. — Proxima *R. minusculae* β *pollinariellae* Nyl., sed tenuior, minus hyalina, rami s. laciniae primariae inferne magis illas *R. rigidae* (minus applanato-compressae) in mentem revocant et longe angustiores et gonidia multo minora. *R. Peruviana* Ach. etiam quodammodo accedens longius distat. A *R. sorediantha* Nyl. jam laciniis neutiquam canaliculatis et aliter divisis et sorediis parvulis distat. — Habitat corticola prope Apiahy in Brasiliae prov. S. Paul: Puiggari n. 152.

98. *Sticta aurata* Ach. v. *laetevirens* Müll. Arg. Thallus pro specie mediocris v. parvulus, membranaceus, siccus virens, madefactus statim pulchre laete viridis (colorem *Peltideae aphthosae* assumens), subtus parce vestitus et pallidus, apothecia dorso subverruculoso-pulverulenta, juvenilia ore minutissime ciliolata, caeterum glabra. — Forma tenuitate thalli et praesertim colore status madefacti insignis est, at intus extusque caeterum quoad thallum, gonidia, sporas, accurate cum specie quadrat. Lobus alter dein ejusdem speciminis apice clare transitum in f. *genuinam* offert, est enim rosellus, et madefactus pro parte tantum colorem mutat. — Varietates analogae hujus speciei, sed thallo latissimo et cartilagineo-coriaceo praeditae, in Gallia occidentali observatae, jam ab accurato Delise (Stict. p. 51) descriptae fuerunt. — Habitat in Brasiliae prov. S. Paul prope Apiahy: Puiggari n. 123 b.

99. *Sticta coronata* Müll. Arg. Thallus late foliaceus, diametro circ. 12—14 cm. aequans, circ. usque ad medium radii late paucilobatus, lobi ambitu lati et obtusi, inciso-lobulati, lobuli abbreviati, breviter inciso-subdissecti, totus rigidulus, intus intense citrinoflavus, supra pallide cinereo-fuscescens v. nonnihil flavicans, undique valide scrobiculato-inaequalis, in rugis et ad margines lobulorum v. fere undique granulis copiosis cinereo-flavidis obsitus, subtus ochraceo-flavicans, minute puberulus, gibberuli in pseudocyphellas pallide citrinas parvas convexas abeuntes, gonidia diametro circ. 15 μ aequantia; apothecia sparsa, copiosa, 1—2 mm. lata, fere ab initio margine profunde crenato lobulis numerosis dentiformibus albido-flavis subradiantibus coronata, discus junior pallide fuscus, mox nigricans, demum subconvexus; sporae in ascis 6—8, circ. 35 μ longae, 7 μ latae, fusiformes, utrinque acutae, mox rufo-fuscescentes. — Species haec medium tenet inter *S. orygmaeam* Ach., quacum apotheciis fere convenit,

urn:nbn:de:bvb:355-ubr03645-0165-0

et *S. Colensoi* Bab., quacum habitu et thallo insigniter granuloso-subsoredioso (fere ut in *S. granulata*) convenit, at apotheciis omnino distat. — Habitat ad Greymouth Novae Zelandiae (comm. ab ill. Dr. Ferd. v. Müller).

100. *Parmelia microsticta* Müll. Arg. Similis *P. rudectae*, thallus glaucus, scrobiculato-rugosus, hinc inde tamen omnino aequalis, supra punctulis sorediosis niveis prominulis exasperatus, margine nudus, subtus nigricans et breviter vellereo-hirtellus; apothecia 3—6 mm. lata v. etiam majora, juniora distincte podicellata, valde concava, margine integro connivente, extus densiuscule niveo-soredioso-punctato caeterum laevi, discus pallide fuscescens, madefactus subolivaceus; lamina hyalina, mollis, epithecium olivaceo-fuscescens, hypothecium tenue in strato gonidiorum sito, paraphyses valde conglutinatae, asci ambitu lati, breviusculi, 3—6-spori, sporae ovoideae v. ellipsoideae, 22—27 μ longae et 12—15 μ latae. — A proxima *P. rudecta* Ach. statim colore glauco thalli, apotheciis pallidis et dein sporis multo majoribus differt, caeterumque *P. leucopidi* Kremph. affinis at colore thalli et excipulo extus non striato-rugoso et sporis majoribus recedit. — Ad truncos *Citri Limonium* prope Apiahy Brasiliae crescit (Puiggari n. 125. c.).

101. *Lecanora rhodophthalma* Müll. Arg. Thallus tenuiter tartareus, obsolete rugulosus, albus, superficies ipsa laevis, hinc inde cephalodiis argillaceo-carneis polymorphis 1—4 mm. latis subinde radiatim subeffiguratis subplicatis adspersus; gonidia subglobosa diametro 7—9 μ aequantia, flavido-viridia, membrana cingente hinc inde minus distincta; apothecia sessilia, 1—2 mm. lata, gyalectoidea, margine crasso obtuso albo v. hinc inde juxta discum subcarneo cincta, margo persistenter prominens, discus intense roseo-carnus, disci carnosi superficies haud raro contractione glyphoïdeo-subrimulosus, lamina superne rosella, caeterum cum hypothecio hyalina, paraphyses capillares, asci cylindrici uniserialiter 8-spori, sporae simplices, rosello hyalinae, hyphematoideo-involucratae (superficie peculiariter asperulae), 14—19 μ longae, 8—12 μ latae, latius v. angustius ellipsoideae. — Species pulchra et insigniter distincta, apothecia praeter colorem disci similitudinem offerunt cum iis *Lecanorae parellae*. In vicinitate *Lecanorae blandae* Nyl. inserenda est. — Habitat terricola prope Greymouth Novae Zelandiae (comm. a cl. Ferd. v. Müller).

102. *Lecanora polytropa* v. *illusoria* Müll. Arg.; *Lecanora varia* v. *illusoria* Ach. Univ. p. 380; Th. Fries Scand. p. 261. Eadem

urn:nbn:de:bvb:355-ubr03645-0166-6

ac *L. polytropa* b. *acrustacea* Schaer. Enum. p. 81, sed apotheciis et thalli areolis (exiguis) lividis. — In monte Aetna in lava antiqua, cum *Lecanora polytropa* b. *acrustacea* (a cl. et am. Frey-Gessner commun.).

103. *Rinodina Romeana* Müll. Arg. Thallus depauperatus, minute verruculosus, albo-cinereus; apothecia $^1/_4$—$^3/_4$ mm. lata, adpresso-sessilia, plana, nigra, albido-marginata, margo integer v. subinteger, subinde undulatus, semper tenuis, epithecium fuscum, lamina cum hypothecio hyalina, asci 8-spori, sporae 15 μ longae, 7—9 μ latae, caeterum generis. — Primo intuitu facile pro *R. caesiella* habenda, sed sporae minores, margo apotheciorum semper tenuis et vix distincte prominens, cinereo-albidus. A *R. confragosa* autem colore thalli et apotheciorum recedit. Externa facie sat similis *R. arenariae* (Hepp) Th. Fries Scand. p. 197, sed sporae subduplo minores. — Habitat ad saxa siderolithica montis Salève, ubi legit mecumque commun. cl. Rome, qui Lichenes genevenses diligenter et feliciter colligit.

104. *Patellaria* (sect. *Biatorina*) *gompholoma* Müll. Arg. Thallus effusus, tenuiter tartareus, leviter rugulosus, cinereo-albidus; apothecia sessilia, $1^1/_2$—$2^1/_2$ mm. lata, sat copiosa, sanguineo-atra v. atra, intus fusco-pallida, profunde urceolata, margo proprius insigniter tumido-crassus et persistenter alte prominens, obtusus, nonnihil scaberulus, discus planus, intense caesio-pruinosus, epithecium olivaceo-nigricans, hypothecium cum lamina hyalinum, paraphyses tenuissimae, sat conglutinatae, asci monospori, sporae 2-loculares, hyalinae, circ. 125 μ longae et 30 μ latae, dactyloideo-oblongae, utrinque obtusae, medio obsolete constrictae. — Habitu et characteribus ad *Lecideam Taitensem* valde accedit, sed apotheciis nigris, disco persistenter et intense caesio et thallo tenui multo laeviore distincta est. *Lecidea marginiflexa* Tayl. minus arcte accedit. Primo intuito fere formam macrocarpam brasiliensis *Lecideae melanochlorae* Krplh., caeterum divertissimae simulat. — Ad cortices juxta Greymouth Novae Zelandiae (comm. a cl. Dr. Ferd. v. Müller).

105. *Patellaria* (s. *Bilimbia*) *Naegelii* Müll. Arg. Lich. genev. p. 59.

v. *maculans* Müll. Arg. Thallus ad maculam albam v. albido-cineream laevigatam hypothallinam reductus, apothecia quam in forma normali paullo minora et persistentius cinereo- v. subalbido-marginata, fusca v. livido-nigricantia. Sporae 1—5-septatae. — Habitat ad corticem *Laricis* prope Genevam (cl. Rome).

urn:nbn:de:bvb:355-ubr03645-0167-2

106. *Patellaria* (sect. Bacidia) *Bruniana* Müll. Arg. Thallus tartareo-leprosus, albido-cinerascens, verruculoso-inaequalis, demum rimosus, margine effusus; apothecia evoluta $^2/_3$—$^3/_4$ mm. lata, sessilia, nigra, v. bene madefacta fusco-nigra, opaca, margine tenui modice prominente cincta, demum convexa, intus atra v. centro nigro-cinerea, epithecium fuscum, lamina et hypothecium hyalina, paraphyses gracillimae, insigniter liberae, apice vix incrassatae, asci 8-spori, sporae circ. 90—110 μ longae, $3^1/_2$—3 μ latae, angustissime vermiformes, fere undique aequilatae, utrinque obtusiusculae, circ. 15—20-septatae, articuli vulgo subduplo longiores quam lati. Gonidia vulgaria. — Apothecia fere cum iis „*Bacidiae atrogriseae*" Körb. Par. p. 133 confundenda, sed paullo minora, hypothecium et sporarum forma et longitudo omnino differunt. Affinis *Lecidea subluteola* Nyl. Lich. Glaz. n. 42 jam thallo et apotheciis differt. Thallo bene evoluto, apotheciis crassioribus et sporis majoribus dein a *Lecid. paleltarioide* Nyl. differt. — In *Cacto* (Figuier de Barbarie) ad Alcaser-el-Kebir in Marocco (Prof. J. Brun).

Grato animo speciem hanc cl. et egreg. Prof. J. Brun, genevensi, dicavi, qui ex illo periculoso territorio praeter alios speciatim enumeratos insuper retulit mihique tradidit:

Ramalina evernioides Nyl. Prodr. p. 47. — Ad ramulos *Populi albae* inter El-Arisch et Alcazar (sterilis).

Theloschistes chrysophthalmus Th. Fries Gen. Heterol. p. 51. — Cum praecedente.

Parmelia abessinica Kplh. Neuer Beitrag z. Afr. Flechten Flora p. 140. — Cum duabus praecedentibus (sterilis).

Parmelia perforata v. *ciliata* Nyl. Syn. p. 378. — Cum praecedentibus (ster.).

Physcia stellaris v. *leptalea* Nyl. Syn. p. 425. — Cum praecedentibus (ster.).

Amphiloma carphineum Körb. Par. p. 50. Anmerk. — In lapidulis cacuminis mont. Ben Avuda.

Callopisma aurantiacum v. *dealbatum* Müll. Arg.; *Caloplaca aurantiaca* v. *dealbata* Th. Fries Scand. p. 172. — In Cactis, ad Alkazar-el-Kebir.

Verrucaria nigrescens v. *acrotella* (Mass.) Müll. Arg. Lich. genev. p. 74. — In lapidulis in cacumine montis Ben Avuda.

107. *Patellaria* (sect. Bacidia) *intercedens* Müll. Arg. Thallus crassiusculus, tartareo-leprosus, demum subrimoso-diffractus, fusco-virescens, subdeterminatus; apothecia $^1/_6$—$^1/_4$ mm. lata,

urn:nbn:de:bvb:355-ubr03645-0168-8

sessilia, atra, intus concoloria, jam ab initio anguste marginata, plana, margo persistens; lamina circ. 50—60 μ alta, superne virens, inferne hyalina, epithecium fusco-virens, hypothecium fuscum, paraphyses fere crassitie sporarum, superne leviter incrassatae, asci angusti, 8-spori, sporae bacillares, subrectae, 35—40 μ longae, $2^1/_2$—3 μ latae, 4—6-septatae, superne obtusiores; gonidia vulgaria. — Proxima *Secoligae atrosanguineae* f. *Hegetschweileri* Stitzenb. Krit. Bemerk. p. 17, sed epithecio et margine apotheciorum juniorum haud crasso certe differt, et a *Patellaria incompta* Müll. Arg. Lich. genev. p. 61, quacum thallo, etsi obscuriore, haud male quadrat, lamina insigniter virente et epithecio distincto etiam differt. Inter exoticas demum affinis est *Lecidea inconveniens* Nyl. Lich. Port Natal p. 10, quae thallo, apotheciis duplo majoribus demum immarginatis et sporis paullo majoribus et epithecio recedit. — Habitat in Cactis ad Alcazar -el-Kebir imperii Maroccani (cl. Prof. Brun).

108. *Buellia Recobarina* Müll. Arg.; *Catolechia Recobarina* Mass. Ric. p. 85; *Buellia italica* v. *Recobarina* Mass. Sched. crit. exs. n. 302. A proxima *B. stellulata* nonnisi areolis thallinis magis deplanatis, majoribus, apotheciis paullo majoribus minusque prominenter marginatis mox distinctius emersis distinguitur. — Ad saxa arenacea regionis altae Riff mare inter et Atlas in imperio Marocco (Prof. J. Brun).

109. *Buellia olympica* Müll. Arg. Thallus obsoletus. Apothecia $^1/_2$—$^3/_4$ mm. lata, sparsa v. hinc inde approximata, adpressa, plana, nigra et opaca, ab origine margine tenui prominente v. demum fere obsoleto cincta; epithecium fuscum, lamina caeterum cum hypothecio hyalina v. saltem pallida, paraphyses sat conglutinatae, apice modice incrassatae, asci 8-spori, sporae (fuscae) 14—18 μ longae, 7—9 μ latae, oblongo-ellipsoideae, medio leviter constrictae. — A proxima *B. leptocline* Körb. Syst. p. 225 recedit hypothecio Rinodinarum sc. albido, et thallo obsoleto. Habitu ex illa grege quam maxime heterogenea Lichenum est, ubi planta primo intuitu pro forma macra *Lecideae platycarpae* v. *sterizae* habenda videtur. — Habitat ad saxa granitica montis Olympi, submixtim crescens cum *Lecidea confluentula* Müll. Arg. in Flora 1872 p. 536.

110. *Rhizocarpon geographicum* DC. v. *tenellum* Müll. Arg. Areolae thallinae tenellae, $^1/_4$—$^1/_3$, rariuś $^1/_2$ mm. latae, dispersae v. hinc inde in thallum rimoso-diffractum congestae, planiusculae, laeves, intense viridi-flavae; apothecia immersa, plana, nec emer-

urn:nbn:de:bvb:355-ubr03645-0169-6

gentia nec depressa, $^1/_2$ mm. lata v. paullo minora. Sporae omnino speciei. — A reliquis formis hujus polymorphae speciei primo intuitu distinguitur minutie areolarum, et quidem speciem distinctam simulat, sed sporae omnino conveniunt, et a var. *atrovirente* quae tamen obscurior, vix fere nisi minutie partium differt. — Cum *Lecidea Tinei* Tornabene Lich. sic. p. 17 t. 2. Fig. B, eodem loco crescente, ex icon. et descript. non quadrat. Habitat ad lavam antiquam montis Aetna (cl. Frey-Gessner).

111. *Dirina Ceratoniae* Fr. Lich. Europ. p. 194. — *Dirina* Fr. Syst. orb. veg. p. 244, ex habitu et characteribus juxta *Lecanoram* aut *Urceolariam* (a cl. Stitzenberg. Flechtensyst. p. 170 intra *Lecaniam*) locata, ubi strato hypotheciali crasse nigro et perithecio interno nigro subinde valde adscendente et in apotheciis optime evolutis (ex Algeria) jam absque dissectione perspicuo typum praebuit sat alienum, gonidiis chroolepoideis ornata est et ab omni grege lecanorina separanda et Graphideis adscribenda est. — In Cactis prope Alcazar-el-Kebir (Prof. J. Brun).

112. *Opegrapha varia* Pers. v. *ligustrina* Müll. Arg. Thallus obsoletus, apothecia sessilia, parva, $^1/_5$—$^1/_3$—$^1/_2$ mm. longa, $^1/_5$ mm. lata, orbiculari- v. oblongo-elliptica, margines incurvi, turgiduli, discus rimiformi-depressus, medio sublatior; sporae speciei, sc. circ. 27 μ longae, 7 μ latae, 5—6-septatae. — Apothecia multo minora quam in vulgari *O. varia* v. *pulicari*. — Habitat ad ramulos *Ligustri vulgaris* prope Genevam (cl. Rome).

113. *Opegrapha maroccana* Müll. Arg. Thallus tenuis, albus, rimulosus; apothecia $^1/_4$—$^1/_3$ mm. longa, adpresso-sessilia, elliptica v. suborbicularia, primum conniventer marginata, mox immarginata et plana v. convexiuscula varieque irregulariter gibbosa v. difformia, atra, opaca, haud raro pauca confluentia; lamina apice basique olivaceo-fusca, caeterum subhyalina, paraphyses tenues et paucae, asci 8-spori, sporae hyalinae v. demum fuscescentes (4-) 6-loculares, oblongato-ovoideae, 22—25 μ longae, 8—10 μ latae. — Affinis *O. variae* v. *pulicari* et v. *nothae*, sed apothecia minora, demum fere arthonioidea, in thallo albo sita et sporarum ambitus latior. A proxima *O. albocincta* Nyl. Lich. de l'Algérie p. 335 sporis latis et apotheciis aterrimis minus aut vix albo-marginatis distinguitur. — Habitat in cortice *Populi albae* inter El-Arisch et Alcazar imperii Maroccani (Prof. J. Brun).

114. *Stigmatidium polymorphum* Müll. Arg. Thallus tenuiter farinoso-tartareus, laevis v. obsolete gibboso-inaequalis, demum rimulosus, albus v. flavescenti-lacteus, subdeterminatus, absque

Universität Regensburg UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK urn:nbn:de:bvb:355-ubr03645-0170-7

linea limitante; apothecia immersa, irregulariter stellaria, novella albo-pulverulenta et subflexuosa, evoluta nigra, opaca, stellae radii inaequales 3—6, contigui v. discreti v. solitarii et tum varie curvati et pauciramulosi, semper oblongati v. lineares, bene aperti $^1/_4$—$^1/_3$ mm. lati; perithecium integrum, lateraliter et subtus aequaliter evolutum, fuscum, supra thallum autem non emergens; lamina hyalina, epithecium fuscescens et granulosum. paraphyses capillares, inter se conjunctim ramulosae, asci 8-spori circ. 4-plo longiores quam lati, superne haud incrassati; sporae 19—23 μ longae, 5—6 μ latae, 4-loculares (unam vidi 5-locularem), subdigitiformes, utrinque obtusae, superne paullo latiores. Gonidia chroolepoidea. — Apothecia minus regulariter stellaria quam in *St. stellulato* Nyl. En. gén. p. 132. Quoad thallum affine est *St. leucino* Nyl. l. c. p. 144, sed apothecia et sporae differunt. — In hac insigni specie video perithecium integrum *Opegraphae* sed non emergens, paraphyses ut in *Arthonia* (hae in Arthoniis negantur, sed vere adsunt at valde tenellae, clathratim pauciramosae ut in Pertusariis, unde lamina tenax), et ascos et sporas *Platygraphae*. — Habitat ad saxa calcarea maritima subhumida in territorio Mogador (Prof. J. Brun).

Agrostologische Mittheilungen

von

Prof. E. Hackel.

3. Ueber Aehrchen-Dimorphismus bei *Phalaris*-Arten.

Es ist seit Linné bekannt, dass *Phalaris paradoxa* L. zweierlei Aehrchen hervorbringt: fruchtbare und unfruchtbare. Linné beschreibt die Vertheilung beider und ihre Formverschiedenheiten in klarer und bündiger Weise, wie folgt: „*Spica oblonga vel cylindrica divisibilis more congenerum in racemulos v. corymbos. Flosculi in quovis corymbo minimo sunt Neutri s. cassi plures et fertilis unus terminalis. Inferior dimidia spicae pars habet flosculos steriles quasi praemorsos, unde haec pars quasi ab insectis erosa apparet*“. (Spec. plant. II. app. p. 1665.) Aus dieser Beschreibung geht nebst der Verschiedenheit in der Ausbildung der Blüthentheile, wodurch die Mehrzahl der Aehrchen unfruchtcar, die Minderzahl fruchtbar erscheint, auch eine Verschiedenheit in der Gestalt beider Aehrchen-Arten hervor, wenigstens für die untere Hälfte des Blüthenstandes, wo die unfruchtbaren Aehrchen gleichsam „abgebissen“ erscheinen.

urn:nbn:de:bvb:355-ubr03645-0171-3

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1879

Band/Volume: 62

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 161-169